



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

306. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re.

Halitgar. in
præfat. lib. 6.
Burchard. lib.
19. c. 32.

CCC V. Unumquemque hominem accedentem ad pœnitentiam si videris acriter & assidue stare in pœnitentia, statim remissius age adversus eum.

In veteri codice MS. monasterij Rivipulensis, post hæc verba, remissius age adversus eum, ista adduntur: Si verò negligentem videris & tepidum, tardiùs relaxa eum.

Ex Concilio Africano.

Concil Carthag. 3. c. 32.
Burchard. lib.
19. c. 40. 70.

CCC VI. Ut Presbyter non interrogato Episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absentia Episcopi, necessitate compellente.

Ex epistola Innocentij Papa.

Decreta Innoc. I. c. 7.
Halitgar. lib.
3. c. 13.
Burchard. lib.
18. c. 18.

CCC VII. De pœnitentibus autem quibus five ex gravioribus commissis five ex levioribus pœnitentiam gerunt, si nulla interveniat ægritudo, quinta feria ante Pascha eis remittendum Romanæ Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Sanè si quis ægritudinem incidere & usque ad desperationem devenerit, ei ante tempus Paschæ relaxandum.

Ex Concilio Carthagenesi.

Concil. Carthag. 4. c. 75.
Burchard. lib.
19. c. 38.

CCC VIII. Ut negligentes pœnitentes tardiùs recipiantur.

